

Ich weiß, Geliebter Freund! Du hast bisher geliebet,  
 Und DICH in dieser Kunst recht ungemein geübet.  
 Was aber? nur die Lust, so uns Minerva schenkt,  
 Wenn man bey ihrer Gunst an gutte Bücher denckt.  
 Du hast uns bis hieher viel Proben sehen lassen:  
 Der treuen Lehrer Schaar preist DEINEN munt'ren  
 Fleiß.

Doch aber woltest Du auch nicht die Neigung lassen,  
 Die treuer Freunde Sinn recht zu verbinden weiß.  
 Weil Herzen, welche sich aus Freundschafts-Pflicht verbunden,  
 Bey der gelehrten Müß stets süße Lust gefunden.

So liebe fernerhin auch bey den schönen Linden,  
 Wo wir von dem, was schön, den rechten Auszug finden  
 In Kunst und Wissenschaft, was die gelehrte Welt  
 Vor allem sonderbar gutt und vortrefflich hält.  
 Ich mercke zu voraus DEIN so bemühtes Leben;  
 Es wird, wo eine Kraft in meinem Wünschen steckt,  
 Die edle Themis DIN geneigte Blicke geben,  
 Damit DIN einst Dein Haupt der Doctor-Hutt bedeckt.  
 So siehet man hernach bey solchen Weisheits-Caben,  
 Wie angenehm es sey sie recht geliebt zu haben.



Lipsiacas,

Patriâ cedens Breslâque,  
 Camœnas

KROLLIVS,

E multis qui mihi carus erat,  
 Dum petit,  
 His elegis levibus comitatur euntem,  
 Ac exoptatum corde precatur iter,



ERNST LVDWIG BOEHM. Wrat.  
 Gymnasii Elisabet. Civis.

A. S. 1731. Mense Martio.

WRATISLAVIAE IN OFFICINA BAUMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT  
 JOHANNES THEOPHILUS STRAUBEL, TYPOGR. PRAEFECTUS.





Lete meos casus : Pyladi sociatus Orestes,  
 Immemor experti foederis ante, fugit.  
 Quo properas, Dilecte? mane. Discedere cunctos  
 Ex patriis oris ad peregrina sinas.  
 Nunc juvat in teneris modica otia sumere rebus.  
 Tempora jucundis fallere longa jocis.  
 Nunc juvat immixtis turbare silentia verbis,  
 Et renovare sacrae foedus amicitiae.  
 Quo properas, pergrate mihi, gratisime cunctis?  
 Desine tam celeres hinc iterare gradus.  
 Quid? non TE cari retinent pia vota Parentis?  
 Non TVA jam Matris pectora versat Amor?  
 Nec TE parva soror? nec fratrum turba morantur?  
 Nec TIBI jam votis obstat amica cohors?  
 Num TIBI KRANZIADIS non tanti cura videtur?  
 Doctorumve gregis, quem mea Bresla fovet?  
 Aspice brumalis violenta incommoda vitae,  
 Et mala longinquae tam numerosa viae.  
 Nec coelum, nec aquae facient, nec terra, nec aurae.  
 Obruet infelix multa procella caput.  
 Quem petis, ipse locus, nondum TIBI cognitus unquam,  
 Vah! nimium vitae commoda parca dabit.  
 Fallimur? an valere preces? an pectora mota?  
 Ipseque jam rursus vela reversa dedit?  
 Fallimur: immotus, tanquam qui sperneret, adstat,  
 Et, venti ut rapiant carmina nostra, facit,  
 Scilicet alta sapis: cura est TIBI tangere summa,  
 Et gaudes, aetas laude tot isse dies.  
 Cernis, ut ad plausus veniant animoque precentur  
 Optima, & appositae dent super ora rosas,  
 Ipse ego, qui toties TIBI sum devinctus amore,  
 Applaudo coeptis qualiacunque TVIS.

Parva fero; majora darem, si viribus idem  
 Sit vigor, affectus quem jubet esse meus.  
 In nunc, ignotas magnis conatibus oras,  
 Aonii coetus aurea templa, petas.  
 Gloria jam TIBIMET satis ampla paratur in illis;  
 Qua videas, splendet jam radiatque decus.  
 Ipse pater Phoebus, gemma variante capillos,  
 Adstat in auratis, aureus ipse, thronis.  
 Blanditiae comites ipsi, Musaeque loquaces,  
 Et sacra Nympharum concelebranda cohors.  
 Ducta triumphalis circum sua tempora laurus,  
 Gaudia jam cunctae, gaudia blanda, parant.  
 Quae patet, ipsa novis quoque frondibus area sparsa est,  
 Ad quodcunque arbor stat veneranda latus.  
 Tum quoque, compositis structisque ex ordine rebus,  
 Talia magnanimo Cynthius ore refert:  
 Ite, precor, dulcem nobis adducite natum,  
 Ite, sat instructae floribus, ite cito.  
 Nescite jam myrtos, exacti digna laboris  
 Præmia, latanti nescite ferta manu.  
 Compresumque statim carum mihi sistite pignus;  
 Dextra etenim solii stat vacuata mei.  
 Huc celeres exinde gradus, amplectere honorem,  
 Insere TE doctis Pieridumque choris.  
 Lentus es? an somnus, qui TE male servet inertem,  
 Verba dat in ventos aure repulsa TYA?  
 At video volucrum jam TE conscendere currum,  
 Jam vasa lecta tenes, jamque paratur iter.  
 Jamque rotas tarde nimium procedere dicis,  
 Jam seriis curis mentem animumque reple.  
 Finge TIBI doctas TE jamjam cernere sedes,  
 Et loca, ceu Tempe Thessala, finge TIBI.  
 Finge TIBI eloquio claros, & jura docentes,  
 Et quibus est nexis verba referre modis.  
 Finge TIBI juvenes socios, ivavesque puellas,  
 Prataque Saxonici finge sat apta soli.  
 Nec tamen & nostris patriaque scholaque relictis  
 Exue devinctos religionem TIBI.  
 Si bene compositus lecto somnoque jacebis,  
 Et somno patrii ludat imago soli.  
 Cum lecto surges, animo quoque surgat amicus,  
 Et pectus pungat turba relictæ TVVM.  
 Me miserum! quam pauca dedi! quamque ardua restant!  
 Separor a Socio sorte jubente meo.  
 Deseret hanc urbem: lacrumis ego tristis abortis,  
 Qua licet, ad seras prosequor usque fores.



Lipsia, culta domus, magis hinc quam Bresla placebit?  
 Quique animum ILLIUS mulceat, alter erit?  
 Desine mirari, nova quod specieque probata  
 Quaelibet ambiguos nos animosque trahant.  
 Nec mihi sylva domus, nec patria pristinus orbis,  
 Iudicioque meo foedera sancta valent.  
 Optabam certe recipi, sum nempe receptus;  
 Et socios inter maximus esse, fui.  
 Quo mihi fortunæ tantum, cui terminus adstat?  
 Quid nisi nobiscum fabula lusa fuit?  
 Sic caruit pomis, his Tantalus undique cinctus,  
 Imbellem sistunt Amphitheatra ducem.  
 Per breve quem tempus mihi fratris ad instar habebam,  
 Commoda, amicitia dum volo, durus abit.  
 Ast quid multa queror? nihil est constantius ILLO;  
 Nostra manent animo nomina scripta SVO.  
 Vota licet fundam: (votis quoque gaudet amicus;)  
 Longinquum felix sitque precabor iter.  
 Ergo bonis abeas avibus, redeasque vicissim,  
 Plisiacique petas arva beata soli.  
 Sit TIBI summa quies: sit mens vacuata dolore,  
 Et lepidis verbis falle jocoque diem.  
 JOVA, polum terrasque TVAS qui Numine complex,  
 Da, precor, optatas latificasque dies.  
 Et vos Spirituum coetus, sanctissima turba,  
 Cingite tam carum, tam mihi dulce caput!  
 Esto procul, scelerata cohors, geniumque secuta,  
 Et corpus lædi ne velis ipsa MEI!  
 Ecquid ago precibus? vestrum pectusne movetur?  
 An DEVS his verbis, ut solet, æquus adest?  
 Solve ratem: Sol ridet agris, flat mollior aura;  
 Aura dabit cursum: TV modo solve ratem.



Nec tamen ex  
 Si bene compo  
 Et somno p  
 Cum lecto s  
 Et pectus h  
 Me miserum! quam  
 Sequitur a socio  
 Describit hanc n  
 Quis licet ad lectu  
 Quis licet ad lectu

Als  
**Der Gelehrte**  
 Von Breslau Abschied nahm,  
 Und der betrubte Kuff vor seine Freunde kam,

So wil  
 Nebst andern sich  
 Aus treuer Pflicht bereiten,  
 Seinen besten Freund,  
 Mit diesem zu begleiten.

Christian Gottlieb Spiß, Vr. Sil.  
 Gymn. Elisab. Alum.

Breslau in der Baumannischen Erben Buchdruckerey gedruckt Johann  
 Theophilus Straubel, Factor.